



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De peccato co[n]tra natura[m] & aliis venereis actibus. c. 13. & 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

quantum ad luxuriæ actum non distinguitur ab aliis, sed addit rapinam rapinæ, quod est peccatum grauissimum, & raptor tenetur restituere raptam. Raptores habentur infames, & excommunicantur à Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6. sicut & omnes auxilium, consilium, aut fauorem, ad hoc præstantes, deinde qui rapit alteram sponsam non potest matrimonium contrahere sine peccato, si tamen contrahat, matrimonium est validum. Sacrilegiū est concubitus cum persona Deo dicata, per votū castitatis, vel inter cōiugatos si in loco sacro fiat, citra finem vitandi peccatum incontinentiæ.

*De peccato contra naturam, & aliis ueneris actibus. Cap.*

13. & 14.

Huius

**H**uius peccati species sunt quatuor. Mollities, Inordinatus concubitus viri & vxoris, Sodomia, & Bestialitas. Mollities est voluntaria feminis emissio absque copula, quæ dici solet voluntaria pollutio, & est triplex. Quædam in somnis, quædam invigilia absque consensu, quædam in vigilia cum consensu. Prima quæ in somnis fit, vel dum homo ex somno iam incipit vigilare, si non habet se cohibendi plenam potestatem, non est mortale, si causa mortalis non præcessit, qualis esset si ante somnū desiderasset habere pollutionem delectationis causa: nam si desideret tantū ob sanitatē: vel ad vitandas tentationes, non est peccatum, modo tale desiderium huiusmodi non sit vt reuera sit inductiuū pollutionis, quale esset si esset valde intensum ac practicum potius quā speculatiuū, pollutio vero peruigil quæ sine hominis con-

R

sensu accidit, remota causa, & delectatione, à mortali est etiam immunis, sed non ita pollutio voluntaria, seu cuius quis causam dat voluntariè, & cum pleno consensu, siue immediate se polluen-do, siue remotè, vt si vescatur rebus calidis, - vel certo aliquo situ decubat vt sequatur pollutio, vel non abstinere à rebus, ex quibus scit solere sibi euenire, quando res illè huiusmodi sunt, vt ab illis propter talem causam teneatur abstinere: non tenetur autem abstinere quando res illæ non sunt ex se malæ, vel si ab illis abstineret inde reciperet aliquod nocuum-mentum, vel non consequeretur aliquod bonum, eademque est ratio quando homo consentit in pollutionem iam factam propter delectationem si libere consentiat, nã etiam tum peccat, quando autem quis se polluit, si simul desiderio & imaginatione adhaereat

alicui personæ, simul admittit aliud peccatum eiusdem generis, quod illud esset si vere frueretur tali persona. Ita vero pollutio hæc est peccatum ut nunquam possit licite fieri, unde grauiissime peccant medici carnalem copulam vel simplicem pollutionem consulentes, & eis obediens à mortali non excusantur. Inordinatus concubitus est, cum femina in copula desuper, aut vir retro ( vase tamen naturali non mutato ) delectationis gratia accedit, quod est veniale, & si causa debilitatis fiat, vel alterius legitimi impedimenti, nullum erit peccatum, dummodo absit periculum effusionis seminis. Sodomia est peccatum maximū, sed omnium pessimum est Bestialitas. \* Hoc eodem præcepto prohibentur desideria rei veneræ, tactus, oscula, amplexus cū lasciuia, seu ob carnalem delectationem,

licet copula non intendatur: delectatio morosa etiam si ex actu qui aliàs licuit consurgat, ut puta ex copula coniugali post actum, quia talis delectatio non est licita, nisi in actu ipso coniugali. Delectatio verò carnalis quæ præcise solum consurgit ex visione formosæ mulieris, vel auditione rerum obscenarum solum est peccatum veniale quandiu abest consensus & delectatio in rem ipsam significatam per verba.

